



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Johannis Sleidani De Quatuor Summis Imperiis Libri Tres**

**Sleidanus, Johannes**

**Frankfurt a.M., 1683**

Reinerus Reineccius Henrico Meibomio, Poëtæ, Philo. Historico Cl. amico  
conjunctiss. S.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65507)

— — — — — ? — — — — —  
— — — — —  
— — — — — ? — — — — —

REINERUS  
REINECCIUS HEN-  
RICO MEIBOMIO, Poëta,  
& Philo. Historico CI  
amico conjunctiss.

S. D.



*AS nobis, HENRICE  
MEIBOMI, Steida-  
num tuum, id est, egre-  
gio & exquisito, planeq;  
auctore hoc digno cultu  
exornatum; Nimirum  
scriptum istud ex eorum numero statueret  
nos oportet, de quibus Poëta:*

*Victurus genium debet habere  
liber.*

*Nam quàm eleganti, concinno,  
rotundo orationis genere summa illa*

*A 5 Impe-*

D.  
t-  
ti

I,

I-

Imperia, quas vulgò Monarchias dici-  
 mus, nobis representat, & ita represen-  
 tat, ut non solum Ecclesie, verum etiam  
 ceterorum regnorum & rerum publica-  
 rum historiam delibet, tum rei literariae  
 quasi proceres, honore suo minimè defrau-  
 det. Videbatur tamen alicubi de Cicero-  
 nis, de aliis veterum & recentium scripto-  
 rum adductis testimoniis, imò de expositio-  
 nibus ipsis aqua herere. Quorsum enim  
 indices, rei veritatem vel occultantes vel  
 involventes? Hunc igitur laborem tuus  
 levat labor, profectus non ab importuna  
 aliqua ambitione & ostentatione, sed  
 communi omnium voto haectenus deside-  
 ratus, atque adeò ad auctorem rectius in-  
 telligendum planè necessarius. Quia  
 enim is tantum quaedam Historie ele-  
 menta subministrat, seu id agit, ut vi-  
 vis degustatis, ad fontes expeditius pe-  
 netretur, profectò hi aperiendi & com-  
 monstrandi erant, & quidem ejusmodi

χρησ-



*χεσπαρωζία*, qua non veluti per transsen-  
nam aspiceretur, aut maandris implica-  
retur, sed succincto & solido tramite  
procederet. Occurrebant & alia, ubi  
non modò disciplina hujus tyrones, verum  
etiam profectu aliquo confirmati titubare  
possent. At quam ista in parte denuò in-  
dustria tua amicam opem affert? Nec  
mehercle tanquam ad ἀπὸδεξιῶν seu exem-  
plorum prolationem hic aggredi libet.  
Sunt enim omnia in medio. Atque ut ar-  
gumento illi omnibus numeris satisfaceret,  
verbosior quæpiam Schola instituenda fue-  
rat. Quare in presentia finem facio; e-  
stoque ea contemplationis hujus ad te mea  
summa: Cùm plurimum de elaboratione i-  
sta Sleidano debeat, & liber ejus ad te-  
neros auspicientium animos informandos  
plenè natus factus videatur, de illustrato eo,  
& propemodum in integrum restituto me-  
ritum tuum esse. Maacte ergo id genus lu-  
cubracionibus, maacte reliqua statione tua  
A 6 tuenda,

)o(

tuenda, maēte gratissimo mihi instituto, ut  
cum conatibus meis, quibus semper animo  
& linguis favisti, labores tuos conjungere  
pergas. Sic enim & rem literariam no-  
stram vehementer ornabis, & excultissima  
illā Poësi tua, quæ sacra & cœlestis facultas  
nonnullis usurpatur, totque ingenii monu-  
mentis partam jam ante nominis fa-  
mam incredibili cumulo augebis. Va-  
le: è musæo.

Judicium Thuani de Sleidano lib. 2.  
histor. sui temporis,

Joan. Sleid. ejus fidei & diligentia multum  
tribuo.

Libr. 2. & 7.

Sleidan. Argentinensium legatus, harum di-  
ligens scriptor.

ILLU.